resurrexionis . et ascentionis domini nostri ihesu christi . Et in
honore beate marie virginis . et omnium sanctorum tuorum .
qui tibi placuerunt ab initio mundi . Et eorum quorum
hodie festa celebrantur . Et quorum nomina hic et reliquie
habentur . ut illis proficiat ad honorem . nobis autem ad
salutem . ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in
celis . quorum memoriam facimus in terris . Per christum dominum nostrum .
amen . *Fac crucem de calice : et depone in medium crucis .*
In nomine patris et filii . et spiritus sancti . amen . *Sume patenam et signa pectus .*
Veni creator spiritus . mentes tuorum visita . Imple superna gratia
que tu creasti ✠ pectora . *Inclina te ad altare . manibus iunctis d[icens]*
In spiritu humilitatis Et in animo contrito . suscipiamur
domine a te . et sic fiat sacrificium nostrum ut a te susci
piatur hodie et placeat tibi domine deus . *Erige te .*
In nomine domini nostri ihesu christi . sit sacrificium istud imma
culatum . et a te solo deo vivo et vero . ✠ benedictum et
adunatum . *Benedictio incensi . dyaconus dicat . benedicite . presbiter dicat .*
Ab eo benedicatur in cuius honore ✠ crematur . In nomine
patris et filii . et spiritus sancti . amen . *Item alia . benedictio incensi*
Per intercessionem sancti archangeli mychaelis stantis a dextris
altaris incensi . sit hoc incensum . ✠ benedictum ab omnipo
tenti deo . et ascendat in odorem suavitatis . Dirigatur
domine oratio mea . sicut incensum in conspectu tuo . Ele
vatio manuum mearum . sacrificium vespertinum
Vertat se ad populum dicendo . Orate fratres et soror[es]

License: public_domain – Brussel/Bruxelles, Bibliotheek Koninklijke Conservatoria Brussel/Bibliothèque des Conservatoires royaux de Bruxelles, P-2-00469-(33), Fol. [1]v – Noted ritual (https://fragmentarium.ms/view/page/F-rr7d/6797/56714)